 dare fideiussoz: 7 nō potest. tunc tenetur obligare
 omnia bona sua meliori modo quo potest. Si vero
 dicatur satisfat: vel satisficiat: fideiussoz intelligi.
 tur. vt in dicta. l. i. qui satisf. cog. 7 scdm glo. i. dicta.
 l. penul.

Ecitas. mentis scdm Tho. secū.
 c da secunde. q. xv. ar. i. puenit duplici.
 p̄rio ex hoc q̄ auertit se sp̄tance a cō.
 sideratione primi principij intelligibilis scdm illd̄
 p̄s. Moluit intelligere vt bene ageret. Alio modo
 p̄ occupatōem mentis circa alia que magis diligit
 q̄ dictum principium scdm illud p̄s. Succedit

ignis. f. concupiscentie et non viderunt solem. Et sic patet quod est peccatum. Et a Greg. xxi. moza. ponitur filia luxurie.

Sed utrum sit mortalis? R. q. sic. qm sic si vult intelligere necessaria ad salutem. xxxviii. di. c. q. ca. Similiter qm ita occupatur in temporalibus quod omittit necessaria vacatorem: quam deo tenetur exhibere. ut in diebus festiuis in quibus secundum R. in. iij. di. xxxvii. ar. iij. q. iij. in aliquo hora tenetur deo vacare mente vel hinc secus si omittit que non sunt necessaria ad salutem: quod tunc est peccati veniale.

Redere bonis debet qui solvere non valet creditorem? suis et valebit ei ad tria. Primum ne incarceretur. l. i. l. q. bo. ce. pos. d. quo vide s. Carcer. S. ij. Secum ne excoicetur. et si erat excoicatus debet absolui recepta idonea cautione de soluendo debito si ad piguorem fortuna venerit. d. sol. c. odoard. Tertium quod non condemnatur nisi in quantum facere potest habita ratione ne egeat. nec enim fraudandus est alieni mentis quotidianis. ff. de re iudi. l. sunt que in id quod facere possunt. et ff. qui bo. ce. pos. l. is qui. et l. q. bonis. et l. si debitor. Nec ob. c. puenit. d. fideius. quia ibi non cessat bonis. limita tamen tertiū quod non convenitur ratione delicti. quod si pueniret ratione delicti non haberet respectus ne egeret. etiam in clerico. ut no. Pa. in. c. olim nobis. de resti. spo. Quod vero sit. vide. j. Solutio. S. xiiij.

Elare

peccati alicuius propter pecuniam vel gratiam aut consanguinitatem. symonia est. ut in. c. nemo. de symo. vbi glo. et Inno. dicit quod ratio est. quod quilibet tenetur alterius peccati ad penitentiam indicare. xxxiiij. q. iij. tam sacerdos. Secus autem in indicatōe finis. vel serui fugitini ut capiatur quod licite merces accipit. ff. de pseri. §. l. solēt. et ff. de pseri. ob. tur. cam. l. iij. §. v. Nec proprie dicit Inno. quod est symonia. vbi et gra. qm non in dicit. sed de puniti sicut symonia. tu dic fm glo. in §. si tibi. l. iij. ff. de pseri. ob. tur. ca. quod ille qui non tenetur per officium. vel actōem vel iudicem reuelare secretum. licite accipit aliquid ut indicet. sed accipere ut non indicet. turpiter accipit. quod contra publicam utilitatem. que est maleficia puniri. ut ff. de fideius. l. si quis a reo. §. pe. Et sic patet quod ratione naturali non tenetur quis indicare quod tunc non liceret accipere per indicandum. ut ff. de cōdi. ob. tur. cau. l. i. in fi. et in. l. ij. pmo R. Quid tamen licet. ut in. d. §. si tibi. quod limito verum de indicatōne que fit prelatō ut puniat. secus si illa que fit alicui ut pvideat quia tenetur.

Ensura

ecclesiastica quid prebendam. R. q. interdictum: suspensiones et excoicationem. de p. sig. c. querenti.

Ensus

est quedam pensio que de puenientibus soluitur. i. q. iij. questiu. vel potest dici census quecūq annuatim soluitur in quantitate. vel summa. ff. de cēsi. l. etatem.

Census nonos imponere ecclesiis: aut veteres au

gere prohibetur oibus episcopis et prelatiis i. e. phibemur d. censi. etiam si eripuerit eas de manu layci. ut in c. ecclesiis. c. ti. Dicit tamen Pa. in. d. c. phibemur. quod si verum est ad utilitatem eorum propriam. ut in de. ij. de re. ec. non alie. Secus esset ad utilitatem alterius ecclesie. rationabili causa subsistente et a prelatō iurisdictione habite episcopalem. et in ecclesia pleno iure sibi subiecta. quod tunc potest. ut no. Inno. in. d. c. phibemur. et facit. c. preterea. eo. titulo.

Quis potest imponere censum? R. quod quicumque habet ius in re tali. ut isti. de vsufu. §. sine testō.

Quod argumentum prestat census solutio? R. quod aliqui subiectōem. de censi. c. omnis anima. Aliquod prestatam libertatem vel perceptam protectionem. ut in. c. percepimus. de priuil.

Ertum

dicitur id quo proprio nomine: vel indubitata circumlocutione constat ut in glo. de puil. c. cum et prelatore. insti. de exhere. li. §. noiatim. vbi dicitur quod qui vnu filium solū habet noiatim exhereditat. sine dicat tunc filium meum exheredo. sine filium meū exheredo.

Essatio

a diuinis officijs alia generalis. et hec equiparat interdicto. ita quod posita generali cessatione ab eo que potest vel de iure vel de consuetudine in loco aliquo si quis ibi celebrat est irregularis. et religiosus talem cessationem non seruans est excoicatus ipso facto si matricem ecclesia seruat. Et sic intellige de. i. de sen. ex. et Inno. in. c. non est nobis. de spō. Cessatio vero spālis est illa que solū in aliqua ecclesia ponitur. Et hec non cōparat interdicto. Unde celebrans in eadem ecclesia non efficitur irregularis: nec religiosus excoicatus si non seruatur quibus talis ecclesia esset matricem. Et sic intellige glo. et. c. si canonici. de off. or. li. vi. et Inno. in. c. dilectis filijs. de ap.

Que est pena imponētis generalem vel spālem cessationem indebitam? R. quod illi qui imponunt tenentur restituere omnes fructus quos interim ab ecclesia perceperunt in qua cessatum est etiam si talis ecclesia sua erat: et ipsi ecclesie. Item tenentur de omni damno quod alij incurrerunt propter tales cessationem d. c. si canonici. et ibi Be. dicit quod licet. d. c. loquatur de capitulo canonicorum. tamen idem erit in alijs qui ipsam cessationem imponunt.

Que est pena illius qui dat causam cessationi? R. quod tenet ad omne interesse quod canonici: aut alij incurrerunt et ad aliquam aliam satisfactionem extimandam arbitrio superioris in recompensationem cessationis facte in ecclesia. d. c. cononica.

Que requirunt ad hoc ut cessatio debeat seruari? R. quod secundum Jo. an. in. c. quis. de off. or. li. vi. q. x. Primum quod hi qui cessant habeant ex consuetudine vel alio iure. Secundo quod conocentur abites ad contractandū de cessatōe. Tertio quod tractent diligenter Quarto quod de cessando deliberet. Quinto quod sit manifesta offensa vel iniuria. Et scō Inno. et Ho. dicit esse notoria quod si non est nulla consuetudo potest. quod est ecclesiis onerosa. d. pluc. c. i. et c. cū venerabil. q. a c. ij

ille contra quem cessatur non debet convinci probandis sed apertis et notorijs maxie in cultu diuino tollendo. **L. de ac. et ob. l. negates.** Serto quod sit causa rationabilis. **Septimo** quod ante cessatorem instrum publico: vel patetibus lris autentico sigillo munitis cum cessatorem expriment. **Octauo** quod illud instrum vel lras tradant ei contra quem cessant. **Nono** quod requirant illi ut emet det competenter iniuriam propter quam cessare voluit quod si non fecerit tunc locum habet cessatio. **Decimo** quod post cessatorem utraq; pars iter debet arripere ad sedem aplicam infra mensem per se vel per procuratores sufficienter instructos et continuatis diebus quocumque poterunt se sedi aplicae representent: ut discuntur quid super his sit agendum. **His non seruatis non seruatur cessatio.** Similiter si pars que posuit cessatorem ea si reseruauerit ab alijs non seruatur. **Idem** notat **Jo. an. mo. et Bar.** in c. si canonici. de offi. or. l. vi. in quo. c. reprobatur consuetudo illorum que in aggrauatione cessatorem imagines crucis: vel aliorum sanctorum preternunt: viticis supponunt vel lapidibus et hmoi. et qui talia faciunt grauiter sunt puniendi. ut ibidem.

Cessio actionum an valeat? **R. Pa.** in c. si. de ali. in mu. ca. fac. colligendo dicta docto. distinguendo sic. **Cum** queritur an valeat cessio actionum dic aut fuit facta in voluntate. et tenet ut nota. in l. vltima. **L. d. litigi.** Sic tamen quod si actio erat in iudicium deducta per defunctum. non debet agere legatarius: sed heres omnes tamen utilitatem quam sequetur heres debet legatario restituere. et si nihil prestat nihil restituet. quia videtur testator legando actionem legasse euentum illius iudicij. et ob hoc ne fiat collusio per heredem pro legatario si vult assistere heredi in iudicio. ut in aut. nunc si heres. **L. de liti.** Si vero actio non erat deducta in iudicio poterit legatarius post cessationem agere. ut ibi. **h. cuius sumptus?** **R. glo.** in aut. nunc si heres. quod si erat litigiosa cum legebat. tunc sumptus heredis. **L. cum seruus. ff. de le. i.** Si vero facta est litigiosa viuo vel mortuo testatore tunc sumptus legatarij. ut. **ff. de le. i. l. seruus legatus.** nisi heres fuerit in mora. **ar. ff. de leg. primo. l. cum res.** Aut cessio fit inter viuos. **Et** distinguitur quod aut fit potentiori ratione officij seu dignitatis precipue et non valet. et cedens debet perdere omne ius quod habet. **Et** iste est proprius casus. **l. ij. l. ne li. po.** et **B. vey** secundum specum in ti. de cessione actionum post vincem. quod sit potentiori maliciose causa operamendi aduersarij. secus si fieret bona fide. **ar. l. q. stipendia. l. de pecu.** **Et** licet **Pa.** si vero cessio fit potentiori non ratione officij vel dignitatis. sed ratione nobilitatis. vel quod dignior vel alio respectu. tunc si fuerit facta cessio ratione iudicij mutandi potest excludi cessionarius per exceptionem. ut. **l. pe. et qd ibi no. ff. de ali. in mu. ca. fac.** non potest tamen actio cedens. sed puniuntur vnam operam. quia non potest amplius cedere istam actionem alteri: nec potest in ea restituere procuratorem sed tenet ipse presequi. ut videtur innuere. **d. l. pe. Glo.** in d. l. pe. dicit quod in isto casu videtur transulisse magis rem quam litem. et sic cessionarius habet rem si euacatur. et cedens expensas litis faciet in damnum

suum. Secus si non fuit facta ratione iudicij mutandi. quod tenet. ut et notatis in glo. in l. i. **L. ne li. po.** Aut cessio que fit inter viuos et que non fit potentiori est dubitata. et si dubitata corpo quod est in litigium deducta. quia dubius euentus litis. et sic non potest regulariter alteri cedi. et cedens incidit in vicium litigiosum. unde debet puniri ut h. in l. si. **L. de liti. et p. glo. in c. eccia. el. i. ne li. pen.** fallit in casibus ibi numeratis. **Nota** hic quod in casibus in quibus potest fieri cessio. quod persecutio actiois fiet a cedente. non a cessionario sicut in **Inno.** in quodam glo. in d. c. si. allegat arg. l. q. ff. de aqua plu. ar. **Aut** actio non est dubitata. tunc regulariter potest cedi titulo donationis venditionis. vel alio titulo legitimo. ut. **pbaf. l. d. be. vel ac. ven. l. nois venditio. et l. p. diuersas. l. man.** Pretenditur tamen simulatio tractus et ser. **Primo** ex modicitate preij. et extimat ista actio secundum dubiam expensas. labores et hmoi secundum **Pa. ibidem.** **Secundo** quod in cessione non exprimitur titulus. ut quando dicit cedo actioem etc. nec debet pro qua causa ut probatur in d. l. p. diuersas. et tenet communiter doct. **Tercio** quod cessio fuit pro parte vendita et pro parte donata. ut. **d. l. p. diuersas. R. d. q. ista cessio est odiosa. secus in alijs que valet.** **Et** isto casu admittitur cessionarius vel quod ad quantitate quam exburfauit. **In** alia potest actio ut in d. l. p. diuersas. **Quarto** quod cessio pure venditur tamen precium non soluitur nisi pro parte. et debet reliquum consistitur se recepisse. **Quinto** quod dicit se donare pro parte bona merita que non sunt. **Fallit** in casibus preteritis in d. l. p. diuersas. vbi non presumitur simulatio. ut putat. si inter coheredes est facta cessio vel cum est facta insolutum. vel pro munimine rei sue. ut cum domus tua minatur ruinam mee. ego timens eum omnem ius tue. **Item** si sit inter legatarios et fideicommissarios. vel quando heres cessit actioem legatario **Similiter** in societate. scilicet quando socij sibi cedunt actionem.

Quod clericus possit emere cessionem? **R. Pa.** in d. c. si. quod non. quod vilius emere et carius vendere non licet ei. sed potest tamen donari eccie. vel clerico bona fide. et tenet nec credo illicitum secundum **Pa. ibidem.**

Quod queritur quod de res litigiosa? **R. Pa.** litigiosa res est de cuius dominio causa mouetur inter petentes et possessorem iudicaria conventionione. vel precibus principi oblatis et iudici insinuans ac per eum futuro reo cognitis. **Ita** dicitur in aut. litigiosa res. **L. de liti.** **Sed** **Bar.** in l. i. **L. de liti.** distinguit quod aut agit actione reali. et tunc si pretenditur de domino vel quasi. putat. quod dicit rem suam esse: vel de eius dominio vel quasi. sic res efficitur litigiosa per simplicem conventionione. ut in d. aut. litigiosa. **Si** vero si pretendit de domino: sed alio iure principaliter. puta hypothecaria et hmoi. sic non efficitur litigiosa. **Aut** agit actione personalis. et sic nunquam efficitur litigiosa. **Aut** agit actione mixta. et sic si est vniuersalis efficitur litigiosa pro sola parte contraria. **Si** vero est particularis. sic efficitur litigiosa pro lris contestationem. **Concordat** **Inno.** in c. cum ad. ser rariensis. de costi. **Et** hoc patet quod quando res non est litigiosa potest alienari absque vicio litigiosum. alio non sine pena litigiosum.

lacuna

3 **Q**ue est pena litigiosi? R. vt no. in. l. fi. C. de li-
ti. q. quis sciens ex aliquo tractu re litigiosaz acce-
perit restituere tenetur re. et p̄cio eius puabit et fi-
sco applicabitur. Si vo ignozas rez litigiosaz eme-
rit vel ex alio tractu acceperit. tunc cōtractus non
tenet. h̄ adēnatiur vendens restituere p̄cium. et vl
tra terciā partē. Et si per donatōes sit factā alienatō
extimabit. et idē fiet d̄ p̄cio quo ad extimata. vt di-
ctū est de cōtractu emptōnis. vel alio tractu. exce-
ptis casib⁹ donatōis aut nuptias vel transactionū
aut diuisionis rez hereditariay facte. vel p̄ legati.
vel per fidecōmissi cām. de q̄bus i dicta. l. fi. et in. d
glo. d. c. ecclesiastica. el. i. et. ij. q. i. q. res in litigio in q̄
bus p̄t fieri alienatio sine vicio litigiosi.

4 **Q**uot res litigiosa possit alienari ab alijs inter
quos nulla lis est de ea. R. Ang. in aut. d̄ litigio
lis. q. sic.

Limitarium grece dicitur a ci-
nis grece q̄ ē dul-
cis statio animarū vel potius corporū.
q̄ ibi am̄s mortuoz detinet vel a cis
q̄ est aī. q̄ ante eccias fieri solet. hec Se. i. c. vni-
co. de p̄se. eccle. vel alta. li. vi. De immunitate amite-
rij. vide. j. imunitas. et de eius cōsecratōe et pollu-
tōne. vide. j. p̄secratio. iij. per totum.

Circūstātia dicitur q̄ circū-
stat actū q̄ extrinsecus extra act⁹ sub-
stantiā p̄sideratū. Hoc aut vno mō ex
pte cause. et sic vel finalis et sic cōsideramus cur fe-
cerit. siue respectu agētis p̄ncipalis. et sic q̄s fecerit.
Aliq̄ respectu instrumenti. et sic quo instrumēto.
vel q̄bus auxilijs fecerit. Aliq̄ arcūstatur ex pte
mēsure. et sic p̄sideram⁹ vbi vel in quo loco. aut q̄
fecerit. Aliq̄ et tercio ex pte ip̄i actus p̄sideram⁹
modū agēdi. puta fortit vel lēte. si sepe vel semel so-
lū. siue cōsideramus obiectū siue materiā act⁹. pu-
ta vtrū p̄rem percussit vel extrancū siue effectum
quē agēda inducit. puta vtrū percussit vel vul-
nerauit vel occiderit. que oīa cōtinēt in his v̄sib⁹.
Quis q̄d. vbi. q̄bus auxilijs. cur. quō. q̄i et quoti-
ens. Ita tū q̄ in q̄d includatur nō solū effectus. h̄
etiaz obiectū. vt intelligat et q̄d et circa q̄d.

1 **Q**uot circūstātia mutet spēm peccati? R. q̄ cir-
cūstātia tripliciter se h̄ ad actū peccati. Aliq̄ em̄
circūstātia adueniēs actui indifferēter se h̄ q̄tuz
ad ratōz. et tūc nō dat spēm pctō. neqz aggruat. Ni-
hil em̄ ad rōem pertinet vtrū ille q̄ percutitur tali
vel tali veste induatur. Aliq̄ vō dīaz aliq̄nā ba-
bet per cōpatōez ad rōez ip̄ortans aliq̄d repugnās
rōni p̄mo et per se. et tūc dat spēs pctō. sicut accipe
alienū. Si aut p̄mo et per se nō ip̄ortat aliq̄d repu-
gnans rōni. h̄ per cōpatōez ad id q̄d p̄mo et per se
rōni repugnat aliq̄nā repugnantīā h̄ ad rōez. Si
cut accipere aliq̄d in magna q̄ntitate. nihil repu-
gnās rōni dicit. h̄ accipere alienū in q̄ntitate dicit
maiorē repugnantīā ad rōem. vñ illa circūstātia
aggruat. vel sic scōm p̄m. v. etbi. q̄ pctū recipit
spēm ex intētiōne peccātis. vñ ille qui mechatur vt
furetur. magis est fur q̄ mechus.

Quot circūstātia aggruat peccatū in infini-
tum vt veniale possit fieri mortale. R. q̄ non. qz
pctū veniale et mortale nō sunt eiusdē sp̄i. sed q̄i
circūstātia cōstituit nouam spēm pōt constituit
pctū mortale. et ita aggruare in infinitum. sicut si
quis dicat verbum otiosum vt puocet aliq̄e ad
luxuriam.

Quot circūstātia persone aggruet in infinitū? 5
R. q̄ non. nisi solum dupliciter. Primo q̄i p̄p̄
conditōez sui status est aliq̄d ei de necessitate. pu-
ta religioso non accipere vxorē. Secūdo rōne scan-
dali q̄d etiaz est p̄tra p̄ceptū p̄bere ruina. primo.
aliter non p̄t. vt s̄. per supradicta. Nec oīa ex frā.
in. ij. sen.

Citatio debet fieri tribus edictis.
vel vno perēptōio: q̄d cōtinere d̄z tan-
tum tēpus q̄ntum tria edicta: nisi neces-
sitas vr̄geat. de illa. c. i. vbi de hoc. in glo.

Quot q̄i iura exigunt trinam monitōez suffi-
ciat vna. vide. j. clericus. ix. f. iij.

Quot corporaliter impeditus teneatur per aliū 2
cōparere? R. Pa. in. c. in noie d̄ni. defesti. q̄ nō.
Et actus gestus eo absente est perinde ac si nō fu-
isset citatus.

Quot snia lata p̄tra nō citatū valeat? R. Car. i 5
de. pastoralis. i. f. deniqz. de re iudi. q̄ si nullo mō
fuit citat⁹ est nulla ip̄o iure. de ma. et obe. inē q̄tuoz
Pa. tū dicit in. c. cām q̄. de rescrip. et in. c. cuz sit. de
ap. q̄ in facto notorio cum certum sit absenti nul-
lam competere defensionem potest fieri snia cōtra
absentem non citatum.

Quid si citatus sit non legitime? R. Car. 4
vbi s̄. videtur q̄ debeat haberi pro nō facta. c. bo-
ne. el. ij. de elect.

Quot quis possit denūciari excoīcat⁹ nō citatus. 5
R. Pa. in. c. peruenit. de ap. q̄ nō vbi excessus nō
sit notori⁹. facit. c. cū scōm de hereti. li. vi.

Quot prelati religiosoz possint subditos ab of-
ficijs deponere. suspēdere et h̄mōi. ip̄is nō citatis. 6
R. q̄ sic. si ita h̄y eoz p̄suetudo: aut cōstitutōnes
fm̄ q̄s d̄z p̄cedere. et no. in. c. cū sp̄ali. et. c. q̄ nos. d̄
ap. et in. c. cum medicinalis de sent. ex. li. vi. Et di-
cit glo. in. d. c. cum sp̄ali. quā sequitur Pa. ibidem.
q̄ dispositio. c. sacro. de sen. ex. nō est necessario ser-
uanda in religiosis cōtra suas obseruātiās sp̄ales.
Et ibi dicit Pa. hoc p̄cedere. vbi regula vel cōsti-
tutio religiosoz dat certū modū excoīcandi religio-
sum. vt satis sit seruare eam. Et hoc idem tenet se.
de. in consi. v.

Quot citatio aliq̄i sit nulla. i. nō valeat? R. 7
glo. in. c. si eps. iij. q. ij. q̄ sic. in. viij. casib⁹. Prim⁹
qz in angusta tpa. Secundus qz nō exp̄mitur cau-
sa citatōis. Tercius qz nimis maturat perēptōnū
Quartus rōne tēporis. Quintus rōne loci. Sext⁹
rōne iudicis. Septim⁹. qz rescriptū applicum nō in-
fertur in ea. Octan⁹ q̄i sit spoliato. de q̄b⁹ vide ibi
Tutius tū est vt sp̄ citatus p̄pareat allegatur⁹ pri-
uilegiū. vel appellaturus si eū grauauerit. nisi quā-
do cōstat eū non esse iudicem suum. vt in. d. glo. et
c. iij

in c. veniens de accu. in glo.

Itaristis q' varijs vni' in ftris
litate pot' aliquid da-
ri. et talia audire vel talib' vni' q' sit ad
lunde dei. vel ob alia iustia eam. puta re-
creandis q' debilis est vel infirmus et hmoi. d' pfe.
di. in peruenit. Sed voluptate aut vel luctu' talib'
bus vni' vel aliquid dare est pccm' mortale. xxi. di.
in sca. no. hoc glo. in c. donare. lxxvi. di.

Vniuersitas vel vniuersitas no' dici-
tur aliqd' facere nisi id
sit collegialit' deliberata. etiam si maior
pos illud facit. Ita dicit glo. notabilis in
l. licet. ff. qd' annuq' vni. sequitur Bar. in l. xat. fca.
ff. de pe. facti qd' no. i. c. felicias. de pe. li. vi. et glo. in
l. hind. f. refer. ff. de reg. in. q' rentis q' vniuersi-
tas delinq' eod' opti. tenet fin' Pa. in. c. ij. d' postu.
p. r. Jo. an. in. d. c. felicias. q' est q' p'us aliquid fa-
re deliberat' in vniuersitate ipsa. pullita capan' r'
alijs requis ad p'gregat'oz. vni' si oes h' ciuitatis
faceret delictu' no' diceret fin' ab vniuersitate. h' p'
singulos vniuersitatis. etiz si faceret pullum capa-
nam r' leuaret venillum. na' istud est pccus factuz
singuloz. facit qd' notatur in c. cum omnes. de p'li.
Pa. in. c. dilectus. cl. ij. de p'no.

Quoniam destruxit ciuitate destruant' omnia pui
lega eius? R. Inno. in. c. ij. d' no. op. in. q' si eccl'e-
si' vel ciuitas vel alia loca. sine sacra. sine p'phana
aut' suspic'oz. p'pter delictu' eoz' destruantur. de ce-
tero non d' vocari delictas illius eccl'ie. vel mun-
cipis illius ciuitatis. r' ille locus p'uelegu' p'dit. vt d'
pfe. di. i. placuit. xvi. q. vii. r' hoc dicitur. ar. ff. q' d'
de. le. vltima. ce. li. Si aut' ab hostibus destruantur
aut per tyrand' reuincit' oia p'uelegia. facit. vij. q. i.
pastoralis. r' xii. q. iij. q' semel. Et no' videt' si aucte
supic'oz transferatur ad aliu' locu'. vel alij vniat' vt
no. in. c. i. ne se. va. de reli. do. c. q' monasterium. et
idem intelligitur in ciuitate et alijs locis p'phanis.
ar. ff. de p'tra. emp. l. ede sacra.

Quoniam ciuitatis appellat' aliud q' qd' est in
fra mencia venit? R. fin' Pa. in. c. rodul. d' referi.
q' no' in materia eccl'ie seu sacra' nisi q' dispositi-
no' c'cepta noie ciuitatis esset inutilis. vel p'fiet si
en' fraus. tunc p'nt' suburbia r' conuicia edificia. r'
sic intellige Jo. an. in. c. si ciuitas. de sen. et. li. vi. h' i
materia larga seu indifferenti noie ciuitatis venit
ciuitas cu' suo territorio. vt est in. l. vnica. f. et
vrb' ff. de off. p'fe. vt. Silt' in materia larga noie ci-
uium venit ena' illi de comitatu' et de toto territo-
rio. vt in. l. q' et vico. ff. ad munici. r' in. l. non dubi-
to. ff. de capu. r' in. l. q' cotin'abus. ff. de v. sig. et p'
Bar. in. l. i. ff. ad munici. vide bona glo. in. c. i. de sa-
ris. li. vi. Si in materia stricta sacra. h' p'ranu' vi-
deatur tenere Bar. in. d. l. i. r' l. mille passus. ff. de
p. si. r' l. nam qd' li. qd' de. f. h' ita legitur. ff. de pe. le. q'
voluit q' nulle passus a muro p'hibentur. Intel-
lige q' subiecta materia ita requit' in sp'ali.

Quoniam natus in aliqua ciuitate ex par'ribus qui
ibi no' hnt' domiciliu' sit ciuis? R. q' no' fin' Bar.
in. l. filij. ff. ad munici. licet dubitatur loquat' Pa.

vbi s. tenet q' non.

Quoniam ciuitas censetur iure minoris? R. In
no. in. c. i. d' resti. in. in. q' sic. Est no' d'na' in' m'no
rem eccl'iam. r' republica' et ciuitate' in integru' restitue.
h' lex dicit q' republica' sumatur vice minoris. l.
q' et cau. ma. l. pe. et. l. de iure. re. pu. l. republica'.
l. de sa. san. ce. l. si. q' pupillo et ciuitas minoris non
currit hoc die v'ncipio aut p'prescriptio. r' v' l. an-
noz' in rebus q' seruado' seruare p'nt' sine sine mo-
biles sine immobiles. l. de adm. tu. l. lex q' tatoris.
in. fi. Jo sup' eis no' est necessaria restitutio i' integru'
h' in' ipus hui' legis curreret p'tra' m'noze' no' p'tra'
pupilla. ff. de acqui. re. do. l. beneficii emptor. f. i.
S; p'tra' eccl'iam r' republica' r' ciuitate' currit v'nci-
pio et p'prescriptio et alie ipales et p'p'one' p'prescri-
nes. h' datur a restitutio' sicut minoris. q' p'p'one' su-
g'itur esse in vltima inst'na' m'noze' et m'is. Prescri-
ptio aut' xxx. vel xl. annoz' curru' est q' currit co'tra
o'cs predictos. h' datur eis restitutio et v'bis gene-
ralibus edicti q' sunt. Si qd' cu' m'noze' g'atu' cur' r'.
Pupillus aut' ab his p'prescriptio'ibus fratur illehis
l. de p'scrip. xxx. an. l. licet. Et aut' ciuitati d'et' re-
stitutio in integru' no' placet Inno. vbi s. ar. l. nihil
inest. ff. ad mac. h' Bar. in. l. republica'. l. et qui.
cur. ma. post. Ja. bu. tenet q' sic h'nt' et clausula ge-
nerali. q' ex quo regitur p' adu'stratores h'z' m'ltz
caz' p'cedi restit'oz. Hoc ena' tenet Hal. ibi et e' ve-
rioz' opi. h' glo. in. d. l. tenent p'tranu'. facit p' h' l. h' r'
bi q' ff. d' publi. vbi ciuitas de republica'. Sequitur
h' Jo. an. in. addi. ad spe. tu. de in integru' restit'one.
vbi post multos opi. residet in opi. Sed q' tenet
q' non s'nt' ciuitas. h' ena' castri' r' villa p'nt' petere
restit'oz' in integru' cu' ibi sint multe persone vidue
et pupilli. r' licet Bar. post. Butri. in. d. l. republi-
ca non adu'strant' nisi in villa et castro populoso.
Hal. tenet et Ja. de are. tenent etiam in villa non
populosa et quo regitur per alios. r' ibi sint m'no-
res r' mulieres. Et hanc opi. Pa. in. c. i. de re. in. in
te. dicit equiuocam. r' facit qd' notat' in. d. l. republi-
cicam. r' in. d. l. h' r' bi qui d'et' q' quod d'libet' muni-
cipiu' de republica'.

Mis vtrum officiu' in loco vbi co-
liquitur quis dignitate? R.
Bar. in. l. i. ff. ad munici. q' sic facit. l. mu-
nicipes. f. miles. ff. e. et q' notat' doc. i. c.
quia in tantu' de p'ban. vbi p'cludit q' delictas ser-
uitur domicilia vbi est beneficiatus si residere i co-
tinetur alios no' sicut de quibus dispensatio est su-
per pluralitate beneficior'.

Quoniam dicens volo te h'ic p'one' officiu' ciuitatis
si h'z' auct'oz' R. q' sic. vnde statutu' qd' dicit q' va-
lis habeatur p'one' officiu' ciuitatis ang. optimu' in. c.
et p'te. de spen. r' qd' notat' Bar. in. l. si maritus. ff.
de adul. r' in. l. si is q' p'emptor. ff. de v'nci. R'ano
scdm' Pa. in. d. c. et p'te. q' vbi actus dependet a me-
ra voluntate loquentis. paria sunt dicere q' vult ta-
lum h'ic p' v'noze' vel auct' sicut dicere te ducio i v'ro-
nem. vel facio ciuim. Et sic si statutu' dicit q' scho-
lares itaq' auct' debent tractari. et hoc creati sunt
auct' r'one' p'cedit. Et istud dicit' no' p'nt' v'ro

tatem non similitudinem. et hoc verū q̄ verba et materia subiecta patiuntur.

Clamor

est filia ire qua quis clamat contra aliquem cōfuse et inordinate: aut furiose loquit. et scdm se est veniale peccatū per accidens posset esse mortale rōne scādali q̄ illud preiudicat vel debuit preiudicare et non curat desistere a clamore tali.

landestinum

matrimonium

q̄ dicitur: Rñ. glo. in. c. cū inhibitio. d. clau. despō. q. tribus modis. Primo cū nō habētur testes. vt in. c. qd̄ nobis. e. ti. Secūdo cū nō sit cū solēnitāte illa. d. q̄ in. c. aliter. xxx. q. v. et est vt desponsat a p̄ntibus vel q̄bus cura cōp̄t nullius dotetur suo tpe et a sacerdote bñdicitur. Tercio q̄ nō premittit bannis a p̄bytero publice cū termino. vt q̄ voluerit p̄ponere impedimentū si est cōpareat. vt in. d. c. cum inhibitio. Tu tamen dic vt colligitur ex dictis Job. an. i ad di. spe. ti. de clau. despō. et Oldra. cōsi. al. Inno. et Pa. in. d. c. cum inhibitio. q. quonēscunq; q̄ cōtrahit scdm consuetudinem patrie sue coram amicis vel vicinis et sufficientibus testib; q. non cōtrahit clandestine. facit. l. si vicinis. l. de nupt. et d. consecra. distin. i. ecclesia. e. i. dicitur ecclesia. id est catholicoꝝ collectio. ergo in faciem ecclesie cōtrahit.

1. Quid si cōtrahit soluz coram duobus testibus: Respon. q. si ex rationabili causa facit puta q. timet aliquod impedimentum iniuste. vel est senex et verecundatur et h̄mōi excusatur. q̄uis cōsuetudo sit vt fiant banna vel alia solēnia. ar. eoz q. no. in. d. c. cū inhibitio. per Pa. dummodo tēpore debito postea publicet. nisi episcopus excommunicat ret contrahentes sine bannis per statuta sua synodalia. quia sic esset excommunicatus. alias nō peccat. Consulo q. hoc facit de licentia episcopi. scdm Hugo. xxx. q. v. in prin. Sed contrahere solus cū sola mortale peccatum videtur. arg. d. c. cum inhibitio. quia materia valde ponderosa. ratione cuius ponderositas videtur preceptiva. ter. est cū glo. in. c. roga. xi. q. iij. facit glo. in. c. nostrates. xxx. q. v.

2. Quid si contrahentes publice coram testibus licet sine bannis. cum tamen cōsuetudo sit q. banna fiant qui postea inveniuntur in gradu prohibito ignoranter contraxisse ambo vel alter eoz perent filios legitimos. Rñ. glo. in. d. c. cū inhibitio. tenet q. non. Sed Pa. q. sic: q. isti clandestine nō contraxerunt. ex quo in faciem ecclesie nemine prohibente contraxerunt. Et est verum si attendam; ad tex. d. c. secus tamen si ambo sciissent impedimentum vt ibidem. Et nota q. in cōtractu matrimonij semper deberet interuenire presentia aut scientia p̄p̄ij sacerdotis. vt in. d. c. aliter. et in. d. c. cū inhibitio. et sacerdos qui scit impedimentum et nō prohibet matrimonium contrahendum ex contēptu vel religiosus seu regularis qui p̄sumpserit interesse clandestino matrimonio contrahendo p̄

triennum sunt suspendendi ab officio. vt in. d. c. cum inhibitio.

3. Quid si sponsalia similiter sint prohibita clandestine contrahi. Rñ. Jo. an. et post euz alij in. d. c. cum inhibitio. q. sic. sicut et matrimonium. l. oratio. ff. de spon.

claves

ecclesie scdm Rñ. in. iij. dist.

c. xvij. ar. i. q. iij. sunt aliqua potestas supra naturalem facultatem. que est principium aliquorum actuum supernaturalium.

4. Quot sunt iste claves? Respon. qui supra ibidez q. sunt due quantū ad effectum et rationem vna tamen in radice. Claves enī ecclesie sunt potestas iudicandi in foro animarum que potestas ex duobus integratur. scilicet ex potestate discernendi in cause examinatione: et potestate diffiniendi in cause determinatione. Prima dicitur clavis scientie. vnde clavis scientie non est habitus scientie. nec actus sciendi. q̄uis claves ecclesie non debet recipere nisi habens habitum scientie sufficientem ad executionem potestatis. Secunda dicitur clavis potentie. cuius actus est determinare causam ligando vel soluendo. et ista dicitur principalior. quia prima ordinatur ad istam. Potestas autem ligandi vel soluendi in foro causarum non est proprie clavis. et q̄uis prefate claves distinguantur penes actus tamen in radice sunt vna non tamē inter se sed cū potestate sacramentum consiciendi. quia iste tres potestates fundantur in caractere sacerdotali. Et ideo omnibus et solis sacerdotibus noue legis date sunt. Seco. tñ in. iij. di. xix. q. vnica. tenet cōtrarium. s. q. nō sit vna in radice cū p̄tate p̄ficiendi. De qua vide. j. ordo. i. s. vij. et xvi.

5. Quomodo dicitur sacerdos aperire et ligare? Rñ. Rñ. vbi s. q. ij. q. tripliciter. Primo indicando. s. cū examinata hominis cōscientia indicat ei celū clausum: vel apertum. Secūdo aperit relaxādo aliquā partē pene peccato debitam. et claudit penitentes aliqua pena sensus ligando. quam ex plere eū optz vel hic vel in purgatorio anteq̄ ingrediatur celum. Tercio claudit et aperit excōicando et ab excōmunicacione absoluendo. sed hec respicit forum cōtentiosum potius q̄ penitentie. Adde quartū de nō contrito contritum faciendo ex vi absolutōnis. vt infra confessio. ij. s. i.

6. Quid si quilibet sacerdos possit vsu clauium exercere? Rñ. Rñ. in. iij. di. xix. ar. i. q. ij. q. actio nō tñ requirit potentiam a qua sit. s. subiectū debitū in quo recipiatur. Materia autē debita sunt p̄sone sup̄ quas h̄ns claves h̄z iurisdicōem. Et ideo nō omnis sacerdos h̄z iurisdicōem super quemlibet nisi scdm ordinatōez vicarij xpi. Et p̄pterea non ois sacerdos potest exercere vsu clauium: sed soluz scdm eum modum quem ecclia statuit. Ob hoc q̄dam p̄uantur vsu potestatis sicut excōmunicati et heretici. Quidam materia sicut illi q̄ non habent populum.

7. Quid si liceat sacerdoti vti clauibus p̄ sua voluntate? Rñ. Rñ. i. iij. distin. xvij. ar. i. q. iij. q. nō e iij

q̄ sicut miniſter et in. ſm nō h̄ efficaciam in agēdo. niſi ſm q̄ mouet a p̄ncipali agēte. ſic ſacerdos cū operet̄ per iſtas clauſes inſtrumentali u. v̄t̄ iſtis clauſib⁹ ſm p̄p̄uz arbitriū dimitteus recitūdiuē monom̄is diuine peccat.

5 **¶** Vtrū ſacerdos per p̄tatem clauſū dimittat cul p̄a peccat⁹: R̄. ſi. vbi ſ. ar. ij. q. i. q̄ q̄uis nō poſit abſoluēdo remittere culpā effectiue. q̄ ſic eſt ſolius dei. vt dicit̄ m̄ḡ in ſra. t̄i. miſterialiter ⁊ iſtrumentali illi q̄ per attritōez remouit obſtaculū gratie ſpūſſancū diſpoſitiue remittit maculā peccati i q̄ntuz ſuo miniſterio aſſiſtit virtus diuina q̄ pct̄ū remittit. hec ille.

6 **¶** Vtrū ſacerdos per p̄tatem clauſū poſſit remittere penā peccati: R̄. ſi. vbi ſ. q. ij. q̄ ſic aliqua p̄tem p̄ne tēporalis pctō debite. nō t̄m illius quā ſi bi imponit. h̄ etiā illius q̄ in purgatorio eſt explenda et plus vel minus ſcōm q̄ penitēs eſt bene diſpoſitus et de h̄ habes infra indulgentia. ſ. v.

7 **¶** Q̄i date ſunt clauſes be. Petro. R̄. quādo ecclia ſunt ſibi data. xxij. q. i. q̄d̄cūqz. ⁊ de pe. di. i. quē penitet. Et ligant̄ oia ſuper terraz ſi non errant. xi. q. ij. cepiſti. et. d. c. quem penitet.

8 **¶** Clauſes horreoz q̄ dedit videt̄ dediffe om̄ia q̄ in eis ſunt. de ſi. inſtru. c. ij. ſcōm J̄nno. ⁊ eis datis videt̄ data poſſeſſio oim̄ que ſub illis ſunt extra d̄ cōſue. c. ex lris. in ſi.

Clauſula generalis ſeq̄ns intelligitur ſcōm ſpēs precedētēs

c̄ et p̄ſſas d̄ capel. mo. dilectus filius ſm J̄nno. facit̄ cle. nō p̄t. d̄ p̄cu. i. c. ſedes de reſcrip. in. l. ſi. ſ. cui dulcia. ff. de vi. tri. ⁊ oleo le. vide ſ. caſus. ſ. ij. et. iij.

Clericus. j.

c̄ i rubri. de vi. et ho. cle. q̄ largo ſumpto vocabulo appellatōe clericoz veniunt dēs q̄ h̄nt ordines in q̄cunqz dignitate ſunt aut ordine. etiā in p̄ma tonſura. c. cū cōungat. d̄ eta. ⁊ q̄. ex quo ſunt ad dei ſeruitiū electi. vñ dēs q̄ nō ſunt laya dicūt̄ clerici. xij. q. i. duo ſunt genera. facit̄. xxi. di. deros. in p̄n. de p̄b̄. cū ſcōm. et in rubri. p̄dicta iūcto nigro. Priuilegiū q̄ tributū clericis p̄ceditur oibus etiā in dignitate. q̄ ſi ep̄s eſt clericus ⁊. et etiā religioſus q̄ etiā noie clericoz cōp̄bendit̄. lūij. di. ſ. hac aut̄ auct̄. et qd̄ no. in. c. ij. de ſup. negli. p̄ la. li. vi. Sed in materia odioſa et in ſtricta ſignificatōe. appellatōe clericoz nō p̄p̄bendunt̄ ep̄i. nec alij et̄ntes in dignitate nec etiā canonici eccliaz cathedraliū. nec monachi. ſeu religioſi. facit̄. c. q̄ periculofuz. de ſen. ex. li. vi. et. c. ſidei ſeruoz. de hereti. li. vi. c. ſtatutū. de elect. li. vi. glo. in de. i. de ſup. ne. p̄. R̄. q̄ in eis eſt q̄litas ſuper alios q̄ nō rep̄nt̄ in ſimpliabus clericis. faciūt̄ ad hec dicta Jo. an. i. d. c. ſtatutū. qui in q̄t̄ q̄ noie eccliaz parochialiū n̄ veniūt̄ ecclie parochiales collegiate in materia ſtricta. q̄ h̄nt q̄litarē collegij ſupra caſus. h̄ in materia non odioſa ſic. facit̄ ſimilit̄ qd̄ notat̄ idē Pa. in. c. i. de cōſti. qui dicit̄ qd̄ in materia fauorabili noie ecclie veniūt̄ monaſteria. ſecus i ſtricta materia. qd̄

nota. quia facit̄ ad multa. **¶** Vtrū appellatōe monaſterioz veniūt̄ ecclie ſeculares. vel appellatōe monachoꝝ veniūt̄ clerici ſeculares: R̄. ſi. Pa. in. d. c. i. de cōſti. q̄ nō ſiue materia ſit larga ſiue ſtricta. xvi. q. i. placuit. facit̄ qd̄ no. Bar. in. l. i. ff. ad munici. q̄ dicit̄ q̄ noie ciuiū veniunt̄ cōtradit̄. l. q̄ ex vico. ff. ad munici. et nō ecōtra no. facit̄. c. rodulphus. et. c. ſignificatē. et qd̄ ibi notatur. de reſcrip.

¶ Vtrū appellatōe ppli veniant̄ clerici: R̄. ſi. Pa. in. c. i. d̄ vi. ⁊ ho. de. q̄ in materia odioſa nō nec cōtrario. facit̄. c. ſi ſnia. de ſen. et. li. vi. cū glo. Et ſic limita ter. inſti. de iur. na. gen. ⁊ ci. in. ſ. plebs autē. q̄ dicit̄ q̄ appellatōe ppli vniuerſi ciues ſignificātur cōnumeratis etiā patricijs et ſenatoribus. vt itelligat̄ de his q̄ ſunt eiufdē p̄feſſiōis. ſecus in alijs vt p̄bat̄ dictus ter. in. c. ſi ſnia cū ſua glo. In materia aut̄ puilegiatiua p̄t̄ dicit̄ q̄ cōp̄bendatur. facit̄. c. dilecti. cū ſua materia. de fo. cōpe. qd̄ no. Bar. in. d. li. ⁊ qd̄ ibi notatur in. d. c. rodulphus. et qd̄ no. Jo. an. in. c. Jobes. de de. cōiū. q̄ dicit̄ q̄ ſtatutū ecclie cans certo caſu laycos nō cōp̄bendit̄ clericos etiā piugatos. Et hoc ſeq̄tur Pa. in. c. i. de p̄ben. p̄fata intellige ſcōm q̄ dico infra lex. ſ. vi.

¶ Vtrū dispensatio cū illegitimo vt poſſit effici clericus debeat̄ intelligi vt poſſit. p̄moueri ad minores ſolum. Glo. in. c. ſras. de ſi. p̄iby. tenet̄ q̄ ſic. cū ſit materia odioſa. ⁊ Pa. in. c. ſi q̄sqz. d̄ coha. de. et mu. dicit̄ q̄ permiſſio in genere mediocritatē reſpicit̄. l. vl. l. e. de le. ſ. i. ⁊ ff. d̄ le. i. l. legato. generaliter cū alijs cōcor. in glo. d. c. ſras. Et quo cōcluditur cū p̄dictis. q̄ ſolū ad minores poterit̄ p̄moueri. q̄ ordines minores ſunt mediij in primam tonſuram et ſacros ordines. Idē dicunt̄ Bern. Hof. et Tho. q̄ quando diſpenſatur cū aliquo vt ad beneficia eccliaſtica. p̄moueat̄ q̄ ſolum intelligitur de beneficijs que non ſunt prelatōnes: aut dignitates. Predicta tamen limita ſcōm q̄ dicam̄ infra diſpenſatio. ſ. ix.

Clericus. ij.

¶ Quid d̄ h̄re: R̄. ſi. **¶** Multa vt ſunt vtutes. vt. xl. di. per totū et q̄cunqz alia q̄ quilibet bon⁹ xp̄ianus d̄ h̄re. h̄ ſp̄alit̄ aliq̄ que ip̄i debēt̄ h̄re inferamus. q̄ quidem ſunt. ix. in ſumma. **¶** Primo d̄ eſſe ſratus. patet hoc. xxxvi. di. xxxvij. et. xxxvij. per totū. et. xvi. q. i. ſic viuē. **¶** Vtrū oīno illiteratus ſit ordināndus: R̄. J̄nno. in. c. cum in cūctis. de elec. q̄ nō ſparū tamē ſciētes ſi ſpēs ē q̄ poſſunt̄ p̄ficere p̄moueri poſſunt̄ alias non. niſi ſint monachi q̄ magis indigent̄ contēplationē q̄ ſciētia. ⁊ facit̄ q̄ legitur. xvi. q. i. legi. vbi dicit̄ ſufficit̄ monacho ſi ſit bonus. licet̄ ſit illiteratus **¶** Sed que ſciētia eſt neceſſaria: R̄. J̄nno. vbi ſ. q̄ eſt requirēda ſcōm dignitatem. locum et ordinem ad quem aſſumitur. vt in. c. ecclia veſtra. de elect. Si enim aſſumitur ad ep̄iscopatum debet̄ habere ſciētiam noui et veteris teſtamenti. cum ſit iudex animarum et iuris. cum ius dicere de

beat. xi. q. i. de persona. Presbytero autem sufficit qd sciat canones p̄munes. p̄niales z cetera. de quibz xxxviii. di. que ipsi. Cantor debet scire cantu. z sic de omnibus ordinibus. qd satis colligitur ex his q̄ eis dantur in ordinatōe. xlii. di. per totu. et ex potestate et officio qd h̄nt exercere. De scientia v̄o cōfessor vide. j. p̄fessio. iij. §. iij.

¶ **Q**uoniam peccat qui suscipit aliquā dignitatez. v̄l aliud officium ad qd non h̄t sufficientem scientiā: R̄n. Inno. vbi s̄. q. sic. xxxviii. di. om̄es. xviii. q. ij. si quis abbas. de eta. z quali. c. si. S̄ aduerte qd est quedam scientia eminens que subtiles q̄dnes diffinire nouit. z in p̄mptu r̄siones h̄t. Ad dēctōris scientia est que fit aliquo modo examinare ne gōda. q̄uis ad om̄ia nesciat respōdere. z in libris veritatem eoz que scire d̄z sic querere. vel saltē circa ea dubitare et cōsulare p̄tiores. etiā si in p̄mptu om̄ia non h̄t. sufficiens t̄n̄ sciētia est q̄ sufficit ad faciendum que sibi imminent et officio qd h̄t hanc q̄ non h̄t credo qd peccat mortaliter. acceptandum offi. ar. d. c. si. Et similiter q̄ ei scienter dat tale officium nisi ex cā dispensaretur. qd imperfectū scientie supplet perfectio charitatis. de renun. c. nisi cuz pridem. §. pro defectu.

Clericus. iij. d̄z eē hospitalis. xliij di. per totum. non cupidus seu auarus xlvij. di. per totum.

¶ **Q**uoniam clericus p̄bēdat? teneatur. facere. iij. ptes de redditibus ecclē z oblationibus fidelū. s̄. ep̄o. pauperibus. ip̄i sacerdoti et clericis z fabrice sicut volūt annū iura. vt in. c. q̄tuor. z. c. cognouimus. z. c. se. xij. q. ij. R̄n. scōm qd colligo ex Pa. in. c. i. de ec. ed. qd duo ad q̄rtam ep̄i z q̄rtam fabrice standum est p̄suetudini q̄ quidem valet in prefatis iuribz derogare. nisi qn̄ fabrica remaneret derelicta. qd t̄n̄c esset irrationabilis z nō valeret. z sic tenet dare q̄rtā. ar. d. c. cognouimus. z in. c. i. Et h̄ intellige qn̄ redditus superiūt detractis necessarijs. Duo autē ad q̄rtam debitā pauperibz nō valet aliqua p̄suetudo in p̄trariū qn̄ teneatur. Ego pl̄ dico qd nō solū q̄rtam partē. s̄ z om̄ia q̄ superiūt eoz necessitatibz tenetur pauperibz erogare. si fabrica non egeat reparatōne. vel nisi vellet p̄uere talia ad ampliandum cultum dei in tali ecclē. nulla extrema necessitate in aliquo occurrente. Nā in istis duobus casibus licite desistit ab erogatione in pauperes. al̄s non sine mortali peccato. ar. eoz q̄ notatur in. c. dudum. el. ij. de elec. z in. c. cū scōz de p̄bē. facit. c. clericus. q. z. c. duo. z. c. vltimū. xij. q. i. z. x. q. ij. ep̄s. Nam eis dicitur. xij. q. ij. aurūz habet ecclē. s̄. z. c. ho. in quolibet. z scōa scōe. q. d. xxxv. dicit qd si ista bona sunt distincta z aliqd sibi retinet qd debet fabrice vel pauperibus vel ministris peccat mortaliter et tenetur ad restitutōnem. Si vero nō sunt distincta eius fidei committuntur z si in modo deficiat quod non obuiet bone fidei erit veniale peccatūz. In notabili vero excessu erit peccatū mortale.

¶ **Q**uoniam h̄ns bona patrimonialia licite possit ec

clesiasticum beneficium suscipere? R̄n. scōm Ric. in quolibet. iij. q. xx. qd si bona p̄rimonialia s̄ sufficiunt ad necessitatem nature solū pōt ecclesiasticum beneficium recipere intantū inq̄ntūz erigit necessitas status z persone. Si v̄o tantū h̄t in p̄rimonio q̄ntum requirit necessitas status nature z persone. z in tantū qd multa etiāz posset pauperibz erogare si v̄lra hoc accipit ecclesiasticū beneficium. non intendens ecclē defuere. s̄ vt amicos possit ditare z magis honorari et delicatius viuere. peccat mortalit̄. facit. c. clericos. i. q. ij. z. c. se. imo i. d. c. clericos. dicit Jo. qd etiāz seruiendo ecclē si bona ecclē cōsumat z ex cupiditate suū patrimonium reseruat qd mortaliter peccat. facit tex. in. c. qm̄. in fi. xvi. q. i. pro ista opi. alias seruiendo ecclē licet viuere de ecclē z cōseruare patrimonium suis heredibus scōz Inno. in. c. episcopus. de p̄bē. Si v̄o recipit vt bene dispenset sic non peccat scōm Ric. vbi s̄. dūmodo sit idoneus.

¶ **Q**uoniam prelati possit satisfacere pro debito p̄sonali d̄ fructibus ecclē? R̄. d. Anto. in. c. olim nobis. de re. spo. qd sic facit. c. puenit. de fidei iusto. Archie. in. c. statutum. de rescrip. li. vi. tenet cōtrarium Pa. in. d. c. olim limitat. Archie. dicere verū in debito contracto pro delicto v̄l pro p̄rimonio suo. z sic serua. Et d̄ h̄vide infra. Inmunitas. §. li. cū duobus. §. sequen.

¶ **Q**uoniam clericus p̄bendat? p̄uertens redditus b̄n̄ficii in vsus inhonestos teneatur restituere? R̄n. Pa. in. d. cum scōm. de p̄ben. qd sic ecclē si h̄t de patrimonio vel aliunde. xij. q. iij. c. i. z. ij. qd de altari d̄z viuere non luxuriari. Et accipitur luxuria pro om̄i luxu seu illicita p̄cupiscentia. xliij. di. in prin. z Math. i. de. qm̄. de vi. z bo. de. dicit qd talis cōtractat rez inuito d̄no. qd quicqd h̄nt clerici iūt bona pauperz. xij. q. ij. aux. et. xvi. q. i. c. si. Et quantum sit eoz p̄ctū mortale p̄z in. c. z si illi. xij. q. ij. Et id recipientes etiā tenentur ad restitōnem. nisi in casu cōcessio. xliij. q. vi. si res. Et hoc verū quo ad forum cōscientie nec sufficit qd restituant de fructibus beneficii scōm Do. nisi q̄tenus subtraherēt sibi necessaria.

Clericus. iij. debet esse habitus honestus. xli. di. per totū. z in. c. clericus officia de vi. et bo. de. vbi d̄z qd coronaz z tonsuram habeat p̄gruentē. indumēta clausa de super deferat. nimia breuitate vel longitudie notanda. p̄nis viridibz et rubeis nō vtantur nō solutibus p̄sticis frenis. sellis. pectoralibz deauratis. aut aliā supfluitatē h̄ntes fibulas nec corrigeas aureū v̄l argētū ornātū h̄ntes. nec anulos nisi qb̄ p̄p̄nt ex officio. Qd q̄dez capitulū. qd nō loq̄tur in omnibus p̄ceptiue scōm Inno. ibidē. licz Pa. dicit qd sic. tu t̄n̄ dic melius scōm Pa. ibidē qd aliq̄ sunt de p̄cepto. aliq̄ nō p̄pterea inferaz dubia ad ea q̄ de necessitate sunt scienda.

¶ **Q**uoniam clericus teneatur deferre tōsurā? R̄n. qd si est in minoribz nō h̄t beneficium. non tenetur ar. c. Johannes. de de. conu. z in. c. vnico. eo. u. li.

gug. h̄nd. r̄lin. p̄. b̄. 777

Clericus. v.

vi. et glo. in. c. si. l. dist. Si do est in sacris. vel beneficiatus tenetur de precepto. facit. d. c. Jobanes. et qd ibi notatur. et in. c. unico. de big. li. vi. Et limita doni. pa. in. c. si quis. de vi. et ho. de. vbi dicit indi stincte qd peccat mortaliter.

- 2 **Qualis habitus phibet clericis?** Rñ. ter. i. de. qñ. de vi. et ho. de. qd vestis ygata vel partita. i. di uersi coloris et epitogiū seu thobardū fodratū vsqz ad oram et ita breue qd vestis inferior videatur no tabiliter. Epitogiū seu thobardū est vestis superior et talia portantes quicūqz sunt clerici etia bñtes primā tōsuram solū: peccant mortaliter si tales in minoribus pstituti hñt beneficiū aut si nō habēt prefatas vestes portant cū tōsura clericali. als nō. Et qd peccent mortaliter probat stephanus ppter vbiū sancimus allegat. xvij. di. S. i. et i. q. vij. si qd oēm. Et h̄ verū nisi cā rōnabilis subsit. vt in. d. c. et qñ publice. secus si in domo. Et dī publice portare dū multitudinē hoc patet sicut dī publicus aleator vel vsurarius. v. maledicus de exce. pre. inter. de male. c. ij. et d̄ excep. exceptōez. xxij. di. vidua. In domo vō dī fieri secrete. qd dom⁹ rem secretaz importat non publicā. vi. q. i. ex merito. et nō soluz peccat mortaliter: verū etiam si est beneficiatus: est suspensus per sex mēses a perceptōe fructū bñficiōz suoz. Si non est bñficiatus. et est in sacris cōtra sacerdotium per idē tēpus est inhabilis ad bñficiū obtinendū. Idem de alijs clericis talem vestem et tonsuraz simul publice deferētibz. Sacerdotes vō vel religiosi ac bñtes dignitatē. personatum. seu beneficiū cui cura aiarum iminet p annū sunt suspensi a perceptōe fructū suoz bñficiōz si hñt beneficia. Si non hñt per idē tēpus sunt inhabiles ad obtinendū beneficiū. Et istis. s. sacerdotibus vel religiosis. aut dignitatē seu beneficiū cū cura habētibz prohibetur non solū predicta vestis. s. etia insula. seu pileum lineum in capite publice portare. Sub eisdem penis et pcepto precipit qd bñtes administratoez infra mēsem predictū epitogiū dī pauperibz. Religiosi vō qui nō habent administratōem infra mēsem suis superioribus assignent in pios vsus puerendū. Et licet insula sit vestis pomposa ad collum perforata circūquaqz tñ hic accipitur pro bireto qd ponit sub caputo ad euitandū sudorem scōz. Math. in. d. de. licet tamē portare de nocte vel latēter sub caputo scdm Zen. et lau.

- 4 **Quid si epitogiū seu thobardū sit breue solū. sed non fodratum an sit locus pene p̄fate.** Math. tenet qd sic. Zen. qd non. Ego dico qd quo ad penā dicit vey zen. s. quo ad culpā ligantur p indēnitatē rōnis. ar. ff. de adul. l. si postulauerit. S. rō facit. xvij. di. c. non liceat. el. ij. vbi vult canon qd vestes talarē habēat clericus et clarius. xxi. q. iij. c. null⁹. cūz tribus ca. se.

- 5 **Utrum clericus vtēs viridibus aut rubeis vestibus peccet mortaliter?** Rñ. scdm Inno. in. d. c. clericus officia. qd nō tñ male facit. qd i. c. clericus. xvij. di. dī qd vestimenta et calciāmēta que religionē nō decent eis non licent. s. pa. ibidem tenet qd peccet

mortaliter. p. d. de. qñ. que sub precepto ampliaz etiaz ad caligas precipiens. ne caligis scacans. viridibus aut rubeis vtatur publice. Car. vō i. d. de. qñ. tenet qd caliga rubea vel viridis nō prohibet nisi sit scacata et qd non valet argumentū. qd omnia vestes licēt clericis cuiuscūqz coloris: nisi sint exp̄se prohibete. Sed p̄tra ipm Car. est exp̄sus tex. in. c. nullus. xxi. q. iij. vbi dī solis vtatur vestibz qd cōcesse sunt clericis ergo nisi sint p̄cesse intelliguntur phibite patet etiam in. c. epi. et duobus. c. se. ea. cā. et q. Et iō tene qd est mortale. ar. dictoz. c. xxi. q. iij. Idē dī d̄ qmōz veste irreligiosa respectu for me purpurea vel cindata veste nō est eis phibitū vt fm glo. in. S. i. xxi. q. iij. nec etia p̄ciosa. dūmodo sit scdm p̄suetudinēz eoz inter quos viuunt ne vilescat. ar. c. epi. lxxx. di.

Utrum clericus nutriens comā vel barbā peccet mortaliter? Rñ. qd sic. qd p̄t excōicari. c. si qd. de vi. et ho. de. xvij. di. c. si qd. Et hoc tñ facit sine rōnabili cā scdm glo. in. d. c. si qd ex rōnabili cā licite facit. c. p. eo. utulo.

Clericus.

v. debet seruare castitatem. vt in. c. vt clericoz. de vi. et ho. de. et non solum vere. s. etiam apparenter p̄pterea nō dñt cohabitare cū mulieribus. de coha. de. et mulie. per totum.

Utrum clericus in minoribus possit cōtrahere si ne peccato mortali? Rñ. qd sic. si non habet bñficiū. Si vero habet peccat mortaliter ex retinendo bñficiū. faciūt ad hoc que notatur in. glo. c. si. l. di. et qd notatur in. c. tue. de apost. et in. c. Jobanes. de. de. cōm. qd cū beneficiū perdat ipō iure post qd p̄traxit. vt tenet glo. et doc. in. c. i. de de. cōm. Et etiam si ante qd vxor agnoscat intraret monasteriū nō p̄pter hoc recuperaret nisi ei de nouo concederetur. qd ius semel extinctū nō reuiuiscit h̄ cōcesse cā extinctōis. vij. q. i. qd periculosus. de cōse. di. iij. qñs et cōmunit tenēt doc. Sili etia si m̄mōniū nō tenuit. puta qd erat cōsanguinea vel affinis p̄natur nihilominus ipō facto scōz. pa. in. d. c. i. quis alij teneant cōtra. Ideo retinendo bñficiū inique facit et cum peccato mortali cūz nullo iure ipm habeat sed sit intrusus.

